

Roma .

Marcellinus .

Archadius .
Honorius .

bili atq; terribili terremotu mentionem faciens ita ad uerbum scribit . Audiui quēdam areopolitum sed et omnis ciuitas testis est . motu terre magno in mea infantia quando totius orbis luttus transgressa sunt maria eadē nocte menia urbis istius corruisse de urbe nomine Ar . de qua in esaiā expresse dilucideq; commemoratur haud dubie intelligens . Trecentesimo quadragésimo sexto christiane salutis anno roma concussa . nonnullae edes primae conciderunt . Octo deinde elapsis annis terremotus assidui ac comete et signa uaria in celo apparuerunt . Marcellinus praeterea in additionibus ad hieronymum et ad prosperum quodam loco ita scribit . Tempore archadii tertii et honorii secundi terremotu à mense septembrio in nouembrium continue imminente aliquae europa regiones quassatae sunt . Tempore deinde archadii quarti et honorii tertii terremotum quendam per dies plurimos apud eundem marcellinum fuisse legimus . ac etiam tempore